



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

XIX. Quod qui prohibentur coniungi, si postea sese coniunxerint, possunt excommunicari, quousque de matrimonio cognoscatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ANNO  
CHRISTI  
1179.

## CAP. XIX.

De muliere, quæ est inuita tradita viro, & detenta, cum inter vim & vim sit differentia, & vtrum postea consensus intercesserit, quia certum nobis nil expressisti, inquisitioni tuæ nil possumus respondere. Illos autem qui propter consanguinitatem prohibentur coniungi, & postea contra interdictum ecclesiæ sese receperint, excommunicationi debes subiicere, donec tamdiu separentur, quousque legitime cognoscatur, vtrum eorum matrimonium de iure possit & debeat stare.

CAP. XX. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

Ex literis quas super causa matrimonii cuiusdam iuuenis, R. nomine, & Mariæ filiæ Gileberti de sancto Leodegario, transmisisti, sollicitudo nobis innotuit, quam in ipsius negotii examine seruasti. Quia vero absentibus partibus veritatem nequiuimus plenarie indagare, nec causam ipsam ad te remittere, a quo pars mulieris ad audientiam nostram noscitur appellasse, eam venerabilibus fratribus nostris, Vintoniensi, Herefordensi, & Bathoniensi episcopis duximus committendam. Ideoque fraternitati tuæ per A. S. presentibus mandamus, quatenus partes adire eorum presentiam, cum ab eis fuerint euocata, & quod ipsi iudicauerint inuolabiliter obseruare, contradictione & appellatione cessante, compellas.

Ad eum a quo est appellatum, non posse causam remitti.

CAP. XXI. *Idem Urbanus M. Cenom.*

Cum in apostolica sede, cui licet immeriti præsidemus, magisterium resideat totius ecclesiasticæ disciplinæ, dignum est & consonum rationi, vt quoties circa negotium ecclesiæ aliquid dubietatis emerferit, ad ipsius deliberationis arbitrium recurratur. Intelleximus siquidem quod cum inter villicum de Herneia & vxorem eius coram te quæstio matrimonii tractaretur, & productis testibus, & eorum examinationibus diligenti examine discussis, ante publicationem idem villicus reuersus ad propria, publice inter se & vxorem suam proposuit, sententiam diuortii iudicio ecclesiæ esse promulgatam: & sic suggesta omnibus falsitate, quamdam aliam mulierem facti

Concil. Tom. 27.

Xxx ij